

indigentia, ex cōparatione & denominatione animantiū, & per remedium in efformatione mulieris, 3. eventu, per consensum Adami & prophetiam.

58. Sanctionem hanc federis à parte Dei, ut & *conversationem* deinceps castam atque innocentem, à parte hominis, ita narratam esse apertum est; ut post repetitam nominationem cœlorum in principio, deinceps *de terrâ* hac nostrâ, ac rebus terrenis peculiariter sermo sit:

59. ita videlicet, ut referantur tamen omnia *ad fundationem regni cœlorum* in terrestribus; per quorum legitimam administrationem & *custodiam*, ad illud denique perveniri debuit.

60. De hinc narratio de NACHASCH h.e. serpente seductore instituta, patet ex notoriâ analogiâ totius scripturæ sacrae, quod non tam ad serpentem corporalem & visibilem, quam

quam